



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XLVII. De Divini Honoris Et Hvmanæ salutis studio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

CAP. XLVII.

DE DIVINI HONORIS ET HUMANAE SALUTIS STUDIO.

§ EX amore zelus nascitur, qua de causa & Sanctus Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus ait, quod Deus appellatur zelotes Exod. 20. v. 5. & cap. 34. verfic. Deut. 4. v. 24. Iosua 24. verfi. 19. Nahum 1. v. 2. propter multum amorem quem habet ad existentia. Cuius rationem affert S. Thomas 1. 2. quaest. 28. art. 4. c. Manifestum est, inquit, quod quanto aliqua virtus intensius in aliquid fortius, repellit omne contrarium, vel repugnat. Cum igitur amor sit quidam motus in amatum, ut Augustinus dicit in lib. 83. quaest. q. 35. & 36. tom. 4. Intensus amor querit excludere omne id, quod sibi repugnat: aliter enim hoc contingit in amore concupiscentia, & aliter in amore concupiscentia pro bono proprio amicitia. Nam in amore concupiscentia, qui intensius concupiscit, mouetur contra omne illud, quod repugnat concupiscenti vel fruitioni quietae eius, quod amatur: Et hoc modo dicuntur zelare vxores, ne per consortium aliorum impediatur singularitas, quam in vxore querunt. Similiter etiam querunt excellentiam, mouentur contra eos, qui excellere volunt, quasi impediens excellentiam eorum. Et iste est zelus inuidia, de quo dicitur in Psalm. 36. Noli amulari in malignis, neque zelaueris facientes iniquitatem. Amor amicitiae pro bono amicitiae querit, bonum amici: vnde quando est intensus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici, & secundum hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando ea, qua dicuntur vel sunt contra bonum amici, homo repellere conatur. Et per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea, qua sunt contra honorem vel voluntatem Dei, repellere secundum posse conatur: secundum illud 3. Reg. 19. Zelus tuus factus

Cur zelus sit amoris effectus.

Zelus ex amore concupiscentia pro bono proprio

Zelus ex amore amicitiae pro bono alieno.

Quis zelus pro amico.

Quis zelus pro Deo.

tus sum pro Domino exercituum. Et Ioan. 2. super illud, zelus domus tua comedit me, dicit Sanctus August. in Euangel. Iohan. tractat. 10. Fratres, vnusquisq; Christianus in membris Christi zelo domus Dei comedatur. Quis comeditur zelo domus Dei? Qui omnia que forte ibi videt peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit, si emendare non potest, tolerat, gemit. Si in domo tua, ne quid peruersum fiat, satagis: in domo Dei vbi salus proposita est, & requies, sine fine debes pati quantum in te est, si quid forte peruersum videris: Fac quicquid potes pro persona tua, quam portas, & perficis: zelus domus tua comedit me, Si autem fueris frigidus, marcidus, ad te solum spectans, & quasi tibi sufficiens, & dicens in corde tuo: Quid mihi est curare aliena peccata? Sufficit mihi anima mea, ipsam integram seruem Deo. Eia non venit tibi in mentem seruus ille qui abscondit talentum, & noluit erogare? Matth. 25. Nunquid enim accusatus est, quia perdidit, & non quia simile lucro seruauit? Ex quibus Sancti Augustini verbis colligitur, quis sit bonus zelus, quem & Albertus Magnus Paradisi animæ cap. 26. describens ait: Zelus animarum verus & perfectus est, quando aliquis sanctis meditationibus, feruentibus desideriis, lachrymis, orationibus, vigiliis, ieiuniis atq; aliis bonis operibus pro salute animarum laborat.

§. Hic zelus cum primis decet Ecclesiasticos. Qui ^{Exempla sa-} eluxit in summo Sacerdote & Iudæorum duce Moyle ^{erorum ho-} Exod. 32. versicul. 9. vsque ad 15. Cerno quod populus iste ^{minum zelo} dura ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra e- ^{feruentium.} os, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. ^{Zelus Cleri-} tem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur, Domine, ira- ^{cia conuenit.} scitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra ^{Zelus Moysi.} Egypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne queso dicant Egyptii: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus & deleteret e terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac & Israel, seruatorum tuorum, quibus iurasti per te metipsum dicens: Multi-

placabo semen vestrum, sicut stellas cæli: & vnuerſam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et verticilo 26. que ad 30. Moyses stans in porta castrorum, ait: Si quis de Domini, iungatur mihi. Congregatiq; sunt ad eum omnes filii Leui: quibus ait: Hac dicit Dominus Deus Israel: Ponat vtrumque gladium super femur suum: Ite, & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisq; fratrem suum, & proximum suum. Cecideruntq; filii Leui iuxta monem Moysi, cecideruntq; in die illa quasi viginti tria milia hominum. Et ait Moyses: Consecraſtis manus vestras hodie Domino, vnusquisq; in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. Et vertic. 31. 32. Reuersusq; ad Dominum, ait: Confiteſco, peccauit populus iste, peccatum maximum, fecerunt sibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Vlciscitur Dei iniuriarumq; honorem vindicat Moyses, & tamen pro populo offert se ad pœnam.

§. Resplenduit & in Sacerdote Phinee ille zelus. Num. 25. v. 10. vsq; ad 14. Dixitq; Dominus ad Moysen: Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis auertit iram meam a filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non deleſsem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: Erunt ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quam semini eius pater Sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & cepit scelus filiorum Israel. Pl. 105. v. 30. & 31. Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio. Et reputatum est ei in iustitiam in generationem & generationem vsq; in sempiternum.

§. Idem zelus emicuit pro Dei gloria in Mathathias Sacerdote 1. Machab. 2. v. 23. vsq; ad 28. Et vt cessauit qui verba hac, accessit quidam Iudeus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Madim, secundum iussu Regis: Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundum iudicium legi, & iussu

trucidavit eum super aram: sed & virum, quem Rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit, & zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi. Et exclamavit Mathathias voce magna in ciuitate, dicens: Omnis, qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me.

S. Splendidissimus verò hic zelus fuit in Christo Maximo nostro Pontifice Psal. 68. v. 10. & Matth. 22. Quoniam zelus domus tua comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. In Beato Petro Act. 5. versicul. 1. ad 12. vbi ob mendacium contra Deum, & fraudem Ecclesie factam Ananiam & Saphiram conjuges morte multauit diuino iudicio & sententia. In Sancto Paulo 2. Corinth. 11. v. 2. Emulor enim vos Dei emulatione. Respondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.

S. Quam mirificus animarum Zelator S. Apostolus fuerit, optimè declarat S. Gregorius Nazianzenus Apolog. 1. Omnibus aliis, inquit, pratermissis, Paulum vnum proferamus, atq; in eo quanta quamq; ardua sit animarum cura consideremus. Quod quo facilius intelligi perspicique Labores A- possit, quid Paulus ipse de Paulo dicat audiamus. Mitto labores, postoli pro periuigilia, timores, fame & siti, frigore & nuditate afflictum animarum corpus, externos insidiantes, internos aduersantes, atq; in con- salute. trarium laborantes. Mitto persecutiones, cõcilia, ergastula, vin- cula, accusatores, tribunalia, mortes in dies atq; horas incur- santes, sportam, lapidationes, virgarum supplicia, circuitus, pe- ricula in terra, pericula in mari, profundum, naufragia, peri- cula fluminum, pericula latronum, pericula ex genere, pericula in falsis fratribus, 2. Cor. 11. v. 23. ad 29. vitam manuum labo- re toleratam, Act. 20. v. 34. 1. Cor. 4. v. 12. 1. Theff. 2. v. 9. 2. Theff. 3. v. 8. gratuito promulgatum Euangelium, 2. Cor. 11. v. 7. quem admodum etiam spectaculum erat & Angelis & homi- nib. 1. Cor. 1. v. 9. medius inter homines Deumq; constitutus, 1. Cor. 9. v. pro his videl. dimicans, illi, autem peculiarem eximitq; populũ 18.

Tormenta Apostoli pro animarum salute.

S. Paulus sine sumptu posuit Euangeliũ



concilians & adiungens: 2. Cor. 5. v. 20. prater haec, quos
trifsecus ipsi accidebant. Quis etiam satis digne quotidie

S. Paulus pri-
uarim singu-
lorum, publi-
te omnium
qua sinit, sa-
lutem.

uata cuiusq; salutis curam, Actor. 20. v. 31. 1. Thess. 2. v. 15.
qui Ecclesiaru omniu sollicitudinem, condolentiag, & carita-
tis erga oes affectu ostendebat? offendebat aliquis: & Paulus
firmitate corripiebatur. Alius scandalizabatur: & Paulus
batur, 2. Cor. 11. v. 28. 29. Iam quid de dicendi labore ac
gentia dicam? quid de multiplici medendi ratione? quid de
manitate & clementia? quid rursus de asperitate? quid de pro-
usq; mixtione & temperamento, 1. Cor. 4. v. 21. ne vel her-
ditate & facilitate ignauos, nec acerbitate feroces atq; im-
maces homines redderet? Heris ac seruis leges dicebat, pro
subditis, uiris & mulieribus, parentibus ac liberis, matrum
& coelibatus, delitiis & continentie, sapientie & insania, cu-
cumcisioni & preputio, Christo & mundo carni & spiritui

S. Paulus vi-
peritissimus
animar me-
dicus singu-
lis agrotu sa-
luberrima
remedia pra-
scripsit.

Rom. 12. 13. 14. 1. Corint. 7. Apostolus omnibus commo-
factus 1. Cor. 9. v. 22. Ephes. 5. v. 21. ad 31. Et cap. 6. v. 1.
ad 10. Coloss. 3. versic. 18. ad cap. finem, & cap. 2. v. 1.
1. Thess. 4. versicul. 1. ad 13. 1. Timoth. cap. 5. 6. 7. 8. 9.
Pro aliis gratias agit Roman. 1. v. 8. 1. Corint. 1. versic. 4.
alios acrius perstringit, 1. Cor. 4. v. 8. 18. & c. 5. vers. 1. 2.
Alios gaudium suum & coronam nominat, Philipp. 4. vers. 1.
1. Thessal. 2. v. 19. 20. alius amentiam obicit, Galat. 3. v. 1.
Alis rectum iter tenentibus comitem se adiungit, alacritatem
eorum alacritate sua excitat: alios male incedentes correxit
reprimat. Nunc ab Ecclesia cetera proscribit 1. Cor. 5. v. 2. 13.
13. nunc caritatem firmat, 2. Corinth. 2. versic. 6. 7. 8. 9.
luget, 2. Cor. 12. v. 21. nunc voluptate afficitur, Rom. 16. v. 19.
Phi. 4. v. 10. nunc lac propinat, 1. Cor. 3. v. 1. 2. Hebr. 12. v. 12.
nunc abdita mysteria attingit, 1. Cor. 2. v. 5. nunc ad adu-
toris captu se demittit, nunc eundem secu subuehit: nunc reproba-
minatur, nunc clementie spiritum protendit, 1. Cor. 4. v. 21.
nunc apud sublimes & arrogantes se effert, nunc apud humiles
se deicit, nunc Apostoloru minimus est, 1. Cor. 15. v. 9. nunc de-

S. Paulus a-
quissimus
Legulator.

omnibus commo-
factus 1. Cor. 9. v. 22. Ephes. 5. v. 21. ad 31. Et cap. 6. v. 1.
ad 10. Coloss. 3. versic. 18. ad cap. finem, & cap. 2. v. 1.
1. Thess. 4. versicul. 1. ad 13. 1. Timoth. cap. 5. 6. 7. 8. 9.
Pro aliis gratias agit Roman. 1. v. 8. 1. Corint. 1. versic. 4.
alios acrius perstringit, 1. Cor. 4. v. 8. 18. & c. 5. vers. 1. 2.
Alios gaudium suum & coronam nominat, Philipp. 4. vers. 1.
1. Thessal. 2. v. 19. 20. alius amentiam obicit, Galat. 3. v. 1.
Alis rectum iter tenentibus comitem se adiungit, alacritatem
eorum alacritate sua excitat: alios male incedentes correxit
reprimat. Nunc ab Ecclesia cetera proscribit 1. Cor. 5. v. 2. 13.
13. nunc caritatem firmat, 2. Corinth. 2. versic. 6. 7. 8. 9.
luget, 2. Cor. 12. v. 21. nunc voluptate afficitur, Rom. 16. v. 19.
Phi. 4. v. 10. nunc lac propinat, 1. Cor. 3. v. 1. 2. Hebr. 12. v. 12.
nunc abdita mysteria attingit, 1. Cor. 2. v. 5. nunc ad adu-
toris captu se demittit, nunc eundem secu subuehit: nunc reproba-
minatur, nunc clementie spiritum protendit, 1. Cor. 4. v. 21.
nunc apud sublimes & arrogantes se effert, nunc apud humiles
se deicit, nunc Apostoloru minimus est, 1. Cor. 15. v. 9. nunc de-

eumentum se daturum profitetur Christi in se loquentis, 2. Corinth. 2. vers. 3. Nunc ex hac vita migrare gestit, ac delibatur, nunc propter suos magis necessarium esse censet in carne manere Philip. 1. v. 21. ad 27. Non enim quod suum est, querit, 1. Corinth. 10. v. 33. sed quod filiorum, quos per Euangelium genuit. Hic enim spiritualis omnis profectura finis est, nimirum priuata utilitate neglecta commodis aliorum inseruire. Ad hac infirmitatibus & afflictionibus suis velut alio quopiam ornamento gloriatur 2. Cor. 12. v. 9. 10. in Christi Iesu mortificatione sibi placet, 2. Cor. 4. v. 10. Carnis doribus eminet, spiritualibus tamen exulat. Imperitus non est scientia, 2. Cor. 11. v. 6. Spiritui fidei, & interim tamen corpus subigit, ac velut aduersarium profligat 1. Cor. 9. v. 27. his verbis scilicet nos docens atq. admonens, ne terrenis rebus efferamur, nec eruditionis laude intumescamus, nec carnem aduersus spiritum excitemus. Pro omnibus dimicat, pro omnibus preces fundit, 2. Cor. 13. vers. 7. Philipp. 1. v. 9. Coloss. 1. v. 3. Zelotypia erga omnes afficitur, quam legi subiectis, 1. Cor. 9. v. 19. ad 23. Gentium concionator, Iudeorum antistes & patronus. Quin etiam maius quiddam pro suis secundum carnem fratribus ausus est, (vt ipse quoque audacius hac dicam) eos apud Christum in locum suum subrogari pro caritate oprat, Rom. 9. v. 3. O incredibilem animi prestantiam! O predicandum spiritus feruorem! Christum, qui nostra causa maledictum factus est, Gal. 3. v. 13. qui infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit, imitatur, aut, vt parcius dicam, primus ipse post Christum aliquid eorum causa perpeti, & quasi impetus non recusat, modo ipsi salutem consequamur. Quid singula commemorare pergo. Ipse enim non sibi, sed Christo & predicationi viuens, mundumq. sibi ipsi crucifigens, ac vicissim mundo rebusq. in aspectum cadentibus crucifixus, Gala. 6. vers. 14. parua omnia cupiditateq. sua inferiora existimat, Phil. 3. v. 8. quamuis etiam ab Hierusalem & circumiacentibus regionibus vsq. ad Illyricum Euangelium impleuerit,

Quis Ecclasiastico Magistro

Lacatur D. Paulus in afflictionibus pro animarum salute

S. Paulus alicuius salutis fatigans, sua non negligens.



Rom. 15. v. 19. quamuis ad tertium caelum raptus peruenit, quamuis Paradisi spectator fuerit, quamuis deniq; arcum nobis verborum auditor, 2. Cor. 12. v. 2. 3. 4. Hac Paulus, & quis eodem spiritu pradius est.

C A P. XLVIII.

*QVÆ ZELI ANIMARVM
incentiua.*

Fructus sanguinis Christi in multis perit ob zeli defectum. **H**inc prudentem & sanctum zelum, ut concipiant Ecclesiastici. Intueantur Christum seruatum innumerabilium animarum stragem & interitum maxime in uitate miserantem, & iure conquerentem quod sacrosancti sanguinis sui pretium tam misere & infructuose pereat. Phil. 2.

Anima pro qua uilitas in sanguine meo? Ita. 49. v. 4. In vacuum laborantia & ui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi.

Deus erga eam amor zelum uita-menta. **S.** Animaduertant quanta sit unius etiam anime dignitas quam nec totus aspectabilis mundus sequare potest, quod Christus Dominus noster commat Matth. 16. ver. 26. *Quid prodest homini, si uincat mundum lucretur & anima sua detrimentum patitur? Quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quare sapientissimus ille mercator Deus, qui pro mille mundis, nec sanguinis guttulam dedisset, pro anima uicium cum sanguine uniuerso libentissime profudit parissimus pro singulis animabus eadem & acerbiora tormenta sustinere, quæ sustinuit pro omnibus si opus pretium fuisset. Hæc anima expressa Dei imago & similitudo est, capax diuinitatis, qua sola eius cupiditate expleri potest, par angelis, filia & sponsa Dei, hæc aeternæ felicitatis. Quis labor, quis sumptus pro anima recusandus?*

Animarum conseruatio summo opere probatur Deo. **S.** Attendant & reputent quod Deo charissimæ sint animæ & earum lucrum gratissimum. *Parcis, inquit Solomon Sap. 11. v. 27. omnibus, quoniam tua sunt Domini, pro Deo.*